I.K. 119, 8.
X 1303750
222
II n 5176

VENTILATIO HISTORICA

Quam De

SUPPLICIO MARIÆ STUARTÆ REGINÆ SCOTICÆ.

Quo ſimul quæſtio Juris Gentium diſcutitur

AN MAJESTAS IN MAJESTATEM JUS HABEAT DICENDI SENTENTIAM.

Moderatore

JOHANNE Riemer/

Hiſtor. Græc. Ling. & Poëſ. Prof. Publ.

Quatuor relationibus

D. XXIII. Decembr. Anni M DC LXXVIII.

Publice habendis

Conceperunt

QUATUOR AUGUSTEI CIVES.

WEISSENFELSÆ,

Literis. JOHANNIS. BRÜHLII. *Auguſt. Typogr.*

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-22902-p0001-5

✻✻✻ * * * ✻✻✻

HIſtoricos imprimis qvæſtio tetigit, de Mariæ Stuartæ, Scotarum Reginæ ſupplicio, an nimirum iſta Regii ſangvinis Profuſio, ab invidiam Eliſabethæ; an vero ad Procerum Scoticorum inimicitias debeat referri. Eqvidem Camdenus, qvi Anglicarum & Hibernicarum rerum domeſticam, eamq; exactam habuit notitiam, illā de Mariæ & Eliſabethæ ſimultatib' hiſtoriam, tam æqva propoſuit lance, ut quo inclinet, nemini forte liceat cognoſcere Scriptorum extraneorum, qvib' parum fidei, ideo habendum, qvod ea veritatis opinione deſtituantur, quam præ ſe ferunt, qvi Gentis ſuæ facta & res geſtas tradunt: fide omnino majores, qvia ſtudium veri, amor in Patriam, & in Principem ſancta reverentia, firmæ credulitatis ſpeciem oſtendunt, ne nullo plane careant aſſenſu. Præcipue ſi illud Taciti obtendunt: res illuſtres, qvomodocunq; geſtas, Annalibus eſſe mandandas; eorum autem munus præcipuum eſſe, ne virtutes ſileantur, utq; ex prave dictis factisq;, ex poſteritate & infamia metus proponatur.

Interim, etſi ad Eliſabetham pertineret tam atrox vindicatio, ut extra ejus ſententiam nihil alias in Mariæ caput fuerit decretum; tamen non deſunt, ſummi juris defenſores, Anglicam Reginā ab iniqvitate cauſæ vindicantes. Certū eſt, omne magnū exemplum trahere aliqvid ex iniqvo, qvod erga ſingulos utilitate publica rependitur. Expedit enim, unum perire membrum, qvam totum Reipublicæ corpus. Unde etiam illi, qui manuum lavatione, Pilati decipiuntur, ipſum in Politico foro, præter alias rationes, hoc modo, humano eximunt judicio; videlicet: totam Judæorum Rempubl. Chriſti miraculis inqvietam, ejusq; factis & dictis adeo exacerbatam fuiſſe, ut tota civitas, affectu in Chriſtum accenſa, ad motus inteſtinos, celeremq; ruinam citius promoveri, qvam, Chriſto dimiſſo, potuerit placari. Adeoq; Pilatum ad dicendam contra Chriſtum ſententiam neceſſitate publica fuiſſe compulſum. Pater Ludolphus Saxonius in Vita Chriſti, part. I. c. 53. Licet ſumma comparari cum inferioribus. Poſtqvam Scotia, Galliæ olim eßet unita, firmo adhuc inter Mariam & Franciſcum II. Galliæ Regem, connubiorum vinculo, Tota Scotia contra Mariam, ex religionis Zelo multa volvebat in conſiliis arcanis: cuncta tamen ſub ſilentii velo, verita, ne machinationibus apertis, potentiſſimus Rex eadem ſeverita in Scotiam ſtatueret, qva non multo ante contra Hugonottas in Gallia. Itaq; populus vindictam diſtulit; odium reſervavit tempori commodiori. Poſtea ubi vita conceſſit Franciſcus, odium effluxit in odium, ut plebe ſemel excita, nullum ortæ ſeditioni remedium aliud extiterit, qvam quod Eliſabetha plebem converſam in rabiem, non neglecta ſpecie cauſæ, per ſupplicium Mariæ deliniret, & hoc modo, omnem tumultum, ne toti Reipubl. Scoticæ eſſet excidio, comprimeret. Non enim omnes mulieres cum Tanaqvil, pari ſagacitate, celeriq; fraudandi gaudent ſtudio, qvæ totum populum Romanum, ex cæde Regia ſurgentem, callide placabat, & Regem Redivivum mentita, ſeditionem omnem tollebat. Liv. L. I. c. 40. Adhæc nolo in ea inqvirere, qvæ Maria in ipſam Eliſabethā admiſit, forte ſtudio nocendi. Haud pudet referre, qvæ Hieronymus Catena

tena in vita Pii V. Pontificis Romani, autor ob præclaram fidem civitate donatus, & dicto Pontifici à ſecretis, cum affectus proteſtatione refert. Nempe qvod ea omnium machinationum conſcia fuerit & adjutor, cum Pius V. Zelo, religionem Romanam in Anglia reſtituendi, ſimulac Eliſabetham è Regio ſubmovendi faſtigio flagraret. Neq; erubuit Conjuratorum Principi, Norfolcio matrimonii fidem dare: Quem quoq; poſtea conjurationis affectum ſupplicio, præſentibus Legatis Anglicis, propter paratas inſidias expoſtulantibus, lachrymis & lamentis eſt proſecuta. Cæterum inſimulata eſt aliarum rerum, qvarum non levior judicandi cauſa fuit, dum Angliæ Inſignia uſurpavit, eademq; in portis & oſtiis pingere juſſit. Litteras à Pontifce dicebatur accepiſſe, in detrimentum Eliſabethæ ſcriptas. Item Bullam, de Eliſabethæ excommunicatione, à Pontifice datam, apud ſe in magno pretio habuiſſe & amore. Auxilia à Pontifice Romano & Hiſpano, ad Angliam impugnandam, literis rogaſſe. Deinde etiam variæ molitionis ſuſpicionem excitare potuit, ſanguis è qvo oriunda, Gviſius. Iſta enim Gens, qua crudelitate olim in Reformatos ſit lata, Proceres tam Scotici qvam Anglici, non uno ore objectabant. Ipſa qvoq; Gallia eſt experta, qvid debeat iſti familiæ, cujus couſiliis funeſtiſſimo bello eſt involuta, Scotia à Gallis abalienata, & ipſa Maria, ſuo qvamvis conſenſu, in iſtas anguſtias deducta. Miſeret, qvoties hæc cogito, tenelli Regis, Mariæ filii, qvi, matre rem infeliciter ſic agente, innocens & regni & vitæ ſuæ vereri diſcrimen, perquam neceſſe habuit. Qva propter ea executione non rumpi potuit fœdus illud antiqvum, inter Angliam & Scotiam, ut tunc Gallia voluit conjecturare; cum per idem ſupplicium juſtus Regni hæres ſit conſervatus: qvi offenſionibus matris remiſſis, ejuſdemq; molitionibus ad finem perductis, aliud forte regnum qværere, vir debuiſſet.

Id ſolum relinqvo aliis conſiderandum, an Eliſabetha regicidii arguenda, dum Mariam carnificis manibus ſubmittere non recuſavit. Puto, ſi fides habenda oculato Scriptori, id potius pertinere ad Scotos, varias ſimultates & molitiones Reginæ ſuæ ad Eliſabetham deferentes. Non impugno ſanè, abdicandi Principes, exemplum eſſe pernicioſum, & infra inferos amandandum. Sed neſcio an id Galli olim improbaverint, cum Pipinus Childericum, Gramond. Hiſt. Gall. p. 63. & Hugo Capetus Carolum Lotharingum avito Regno ſpoliarent, Thuan. Hiſt. L. XVI. ſceptro in novas familias translato. Simile exemplum dederunt tam Philippus Burgundus, qvam Reſpubl. Danica, qvorum iſte Jacobum Hannonia & Hollandia exuebat. Hæc vero Chriſtianum II. & Filias ejus, primum incarcerabant; poſtea etiam ejiciebant, Cluv. ex Chytr. L. X. Meurſ. in Hiſt. Danic. Hiſpani Urracam Reginam, Regno excluſam incarcerabant, eandemq; dimittere per jura ſua negabant. Neq; novum aliqvid eſt, ut filii matribus excluſis, ad Imperium admittantur. Sic Heinr. II. Rex Angliæ, Alphonſus, Urracæ filiolus, Rex Caſtiliæ, &, qvod in recenti memoria, Carol. V. Hiſpaniæ & Siciliæ Rex, ad ſceptra matribus ſuperſtitibus fuerunt admiſſi. Aut ſi forte qvis miratur mulierum captivitates, eoq; magis incarcerationes Reginarum, qvas vel imbecillitas ſexus, vel Regia Sanctitas à carcere pronunciat immunes: huic non multo-

rum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-22902-p0003-6

EKII + 5176

rum temporum memoriam objicimus, multis exemplis plenam, qvam vel ſola Gallia ſatis teſtatur, qvæ trium invicem ſuccedentium Regum, Ludovici Huttini, Philippi Longi, Caroli Pulchri, *uxores incarceratas*, ne graviora dicam, *una ætate vidit.*

De cætero qvod Eliſabetha mortis Mariæ conſcia habeatur, nullibi Hiſtoriarum invenio: Hoc tamen à Camdeno doctus, qvod Bealus, qvo alter Scotorum Reginæ, præ religionis ſtudio iniqvior non fuit, cum adhærentibus ſuis, feſtinando id effecerit, ut in Mariam, nulla interpoſita mora, acerba lege ageretur, Eliſabetha inconſulta. *Neſcio, an notiſſimis exemplis irritati, qvibus multos Reges damnatos & ſupplicio affectos accepimus, ſcilicet* Rheſcuporim Thraciæ à Tiberio, Licinium & Maximianum à Conſtantino Maximo, Bernhardum Italiæ, Conradinum Siciliæ Reges, *aliosq; multos. Imo credam, domeſtica qvoq; exempla ad tale Regicidium incitamenta fuiſſe, qvando ex rebus in Anglia geſtis repetiere, qvomodo pro ſecuritate publica Reges Angliæ in cognatos & competitores ſangvine & ſecuri ſint graſſati. Qvomodo imprimis* Heinricus I. erga Robertum, fratrem maximum, Edvardus III. aut potius ejus mater, erga Edvardum II. Heinricus IV. erga Richardum II. Edvardus IV. erga Heinricum VI. & filium ejus Principem Walliæ, & erga germanum ſui ipſius fratrem, Georgium, Ducem Clarentiæ, Heinricus VII. erga Warwicenſem tenellum, Ducis Clarentiæ filium, Heinricus VIII. erga de La Polum, Suffolciæ Comitem, Margaretam Sarisburienſem & Courtenæjum Exoniæ Marchionem, *aut alii: ſinguli tamen ſingulos, leviorib⁹ de cauſis, ſi crimina conferantur, ignominioſe ſuſtulerint.*

Sed uberius εἰς ἑκάτερον *hanc materiem inter ſe cras, hora, locoq; ſolenni ventilabit Juvenum qvadriga, à genere, probitate, & elegantia morum commendabilis. Horum primus*

Dn. Samuel Carpzovius, *Hallenſis Saxo, Hiſtoriam ſupplicii cum nonnullis ſimultatibus inter utramq; Reginam exortis breviſſime recenſebit. Poſt hunc cathedram occupabit.*

Dn. Hans Julius à Bießenroth/ *qvi partes ſimul decollatæ Mariæ, qvam negativam qvæſtionis amplectetur, nempe: Regis in Regem nullam eſſe judicandi poteſtatem. Huic iterum ſe opponet*

Dn. Johannes Augustus Lysthenius, *Cizenſis, Eliſabethæ Patronus & affirmativæ qvæſtionis ſtrenuus aſſertor, videlicet: qvemlibet Regem in alius Regis territorio peccantem, non gaudere privilegiis Majeſtatis. Donec*

Dn. Johannes Christianus Frauendorff/ *Numburgenſ. hanc litem componit, & ſententiarum moderamine diſſentientes conciliat.*

Vos ergo, qvib⁹ in libertatem Gymnaſii noſtri nulla invidia, ulla vero, ſive in Auguſtum Conditorē reverentia, ſive in literas amor, & præcipue de Hiſtorica fide florida curioſitas, vera humanitate compello. Adeſte, veſtraq; præſentia noſtros Auditores & Docentes qvotidie ad novas induſtriæ partes accendite. Operā ſinguli non intermittent, iſta Humanitatis officia inter beneficia referre & mutuis debitis ſerio rependere. P.P. Weiſſenf. M. DC. LXXVIII.

VD17 MC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-22902-p0004-2

Iſtoricos imprimis quæſtio tetigit, de Mariæ Stuartæ, Scotarum Reginæ ſupplicio, an nimirum iſta Regii ſangvinis Profuſio, a[d] invidiam Eliſabethæ; an vero ad Procerum Scoticorum inimicitias debeat referri. Eqvidem Camdenus, qvi Anglicarum & Hibernicarum r [illegible] *habuit notitiam, illā*
de Mariæ & Eliſabethæ ſim [illegible] *opoſuit lance, ut qu[o]*
inclinet, nemini forte licea [illegible] *neorum, qvib' parum*
fidei, ideo habendum, qvo [illegible] *tur, quam præ ſe fe-*
runt, qvi Gentis ſuæ facta [illegible] *no majores, qvia ſtu-*
dium veri, amor in Patria [illegible] *entia, firmæ creduli-*
tatis ſpeciem oſtendunt, ne [illegible] *Præcipue ſi illud Taci-*
ti obtendunt: res illuſtr [illegible], Annalibus eſſe
mandandas; eorum [illegible] eſſe, ne virtutes
ſileantur, utq; ex pra [illegible] citate & infamia
metus proponatur.

Interim, etſi ad Eliſabe [illegible] *dicatio, ut extra ejus*
ſententiam nihil alias in M [illegible] *men non deſunt, ſum-*
mi juris defenſores, Angl [illegible] *æ vindicantes. Certū*
eſt, omne magnū exe [illegible] iniqvo, qvod erga
ſingulos utilitate pub [illegible] *m, unum perire mem-*
brum, qvam totum Reipu [illegible] *i manuum lavatione,*
Pilati decipiuntur, ipſum [illegible] *tiones, hoc modo, hu-*
mano eximunt judicio; v [illegible] *publ. Chriſti miraculis*
inqvietam, ejusq́; factis & [illegible] *ut tota civitas, affectu*
in Chriſtum accenſa, adi [illegible] *nam citius pro move-*
ri, qvam, Chriſto dimiſſo [illegible] *m ad dicendam contra*
Chriſtum ſententiam nece [illegible]. *Pater Ludolphus Sa-*
xonius in Vita Chriſti [illegible] *omparari cum inferio-*
ribus. Poſtqvam Scotia, [illegible] *dhuc inter Mariam &*
Franciſcum II. Galliæ R [illegible] *ota Scotia contra Ma-*
riam, ex religionis Zelo [illegible] *anis: cuncta tamen ſub*
ſilentii velo, verita, ne [illegible] *tiſſimus Rex eadem ſe-*
verita in Scotiam ſtatue [illegible] *Hugonottas in Gallia.*
Itaq́; populus vindictam a [illegible] *ri commodiori. Poſtea*
ubi vita conceſſit Franci [illegible] *plebe ſemel excita, nul-*
lum ortæ ſeditioni reme [illegible] *Eliſabetha plebem con-*
verſam in rabiem, non r [illegible] *um Mariæ deliniret, &*
hoc modo, omnem tumu [illegible] *ſſet excidio, comprime-*
ret. Non enim omnes m [illegible] *citate, celeriq́; fraudan-*
di gaudent ſtudio, qvæ totum populum Romanum, ex cæde Regia ſurgentem, callide placabat, & Regem Redivivum mentita, ſeditionem omnem tollebat. Liv. L. I. c. 40. *Adhæc nolo in ea inqvirere, qvæ Maria in ipſam Eliſabethā admiſit, forte ſtudio nocendi. Haud pudet referre, qvæ* Hieronymus Ca-

tena

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-22902-p0005-8